De Accentibus Hebraicis breues & perſpicuæ Regulæ, quæ docent, vt eos addas eodem, quo in Biblijs maioribus ordine notantur, aut minoribus Biblijs, quæ punctis & accentibus carent, aut Rabbinorum ſcriptis, & Epiſtolis Hebraicis quibuſcunque.

Huic adieci Analyſin grammaticam duorum verſuum ca. 61. IESAIÆ *Prophetæ, vna cum examine accentuum in eiſdem verſibus ſecundum Regulas ſequentes.* Mar. 389.

Et facilem tractatum de Inueſtigatione Thematis vna cum praxi.

Authore GVLIELMO SYMSONO *Scotobritanno.*

LONDINI
Typis Gulielmi Stansby.
Venduntur in ædibus Io. Woodcocke, iuxta Puddlewharffe.


Accentus quorum
Figura
Pura ex
Puncto
Vno.
Pluribus.
Linea
Recta.
Curua.
Mixta ex
Lineis ſolis vt
Recta & curua.
Pluribus curuis.
Linea & puncto.
Situs
Mobilis
Eiectione.
Traiectione.
Fixus reſpectu
Vocis ſuæ
Vim infert
Diſtinguendo.
Mutando.
Adornat vt
Miniſtri.
Metheg.
Alterius accentus vbi
Ordo
Plenus.
Deficiens.
Cohærentia
Simplex
Compoſita
Propria
Par.
Impar.
Impropria.

ILLVSTRI AC GENEROSO DOMINO CHRISTOPHORO HATTONO, Equiti Ordinis Balnei, Domino ſuo benigniſsimo,

Gratiam ac pacem à Deo Patre Domini noſtri IESV CHRISTI.

MVltos fateor (Illuſtriſſime Domine) & eruditos viros deſudâſſe in propaganda ſacroſancta Hebraica lingua, quorum lucubrationibus plurimum ex Dei gratia, debemus omnes. Alij grammaticam accuratiſſimè, & ſummâ cum laude ediderunt. Alij Dictionaria locupletiſſimè & multiplici va-

rietate composita reliquerunt. Alij Rabbinorum abdita perscrutati sunt. Adeo nihil est, quod ad huius vnius linguæ ampliorem cognitionem desideres. & quod mireris, non pauci sunt, qui his freti adiumentis tales progressus in hac lingua fecerunt, vt Iudæis ipsis testibus, pro Iudæis censerentur. Quis non Iure laudauerit S. Pagninum, Monsterum, Mercerum, Vatablum, Arriam Montanum, Andream Masium, Tremellium, Iunium, Buxtorfium, clarissima lumina? in quorum scriptis cum multos annos me dies & noctes exercuissem, statui voluendo hunc lapidem consenescere, nec quicquam tot Clarissimorum virorum scriptis addere. Verum, cum apud me sæpius egissent Amici & familiares mei, vt aliquid saltem ipse in lucem ederem, quod illis prodesse posset ad ampliorem huius linguæ cognitionem, non potui tam

piam,

piam, & tam iustam petitionem diutius negligere. Cæpi itaque Grammaticæ partem primam, quæ est Etymologia, in vna tabula vniuersam depingere, vt in Nominibus, Genus & Numerum, in Verbis, Tempus, Personam, Coniugationem,& siqua sunt eiusmodi,annotatis tantum terminationibus, ipsi lectores intueri possent. Huic adieci Grammaticam Analysin totius capitis primi Geneseos, in quo quotquot sunt grammaticæ præcepta monstraui, & veritatem præceptorum ipsis exemplis confirmaui. Tertio pauca de Accentibus meditatus sum, vt illud ipsum, quod tot sæculis abstrusum & incognitum omnes & Rabbini, & nostri scriptores intactum reliquerunt, liquido tandem patefacerem. Nam nullus ad hunc vsque diem docuit Germanam illam legendi rationem & prosodiam qua vsi sunt vetustissimi Iudæorum, dum

sacra Biblia legerent in Templo & Synagogis, quam & ipse Christus sequutus est, dum legeret duos primos versus capitis 61. Iesaiæ Prophetæ. Imo nec mysticam illam accentuum inter se dispositionem, quæ per vniuersum vetus Testamentum, si libros metricos exceperis, à Mose & Prophetis vno consensu addita reperitur. Ex qua certissimas Regulas collegi, quibus accentus addere doceo, secundum textum biblicum Rabbinorum scriptis aut Hebraicis Epistolis quibuscunque, & quod mereris, illis ipsis Biblijs, quæ sine punctis & accentibus imprimuntur, eosdem addam accentus alio legente & eodem ordine, quo in Biblijs integris additi sunt. Vltimo loco scripsi de Inuestigatione thematis pauciſſimas Regulas, vt nullo pene negotio radix difficillima erui possit. Cum hæc in vnum fasciculum collegissem, suaserunt

runt mihi familiares mei, vt prælo committerem, quæ in ipſorum gratiam ſcripſiſſem. Sed nullos inueni propemodum typos Hebraicos. Propterea ſeponere coactus fui Tabulam illam Etymologicam, quæ tota Hebraica eſt, vna cum Analyſi grammatica, in qua infinitæ ſunt voces Hebraicæ. Hos tamen duos tractatus de Accentibus & Inueſtigatione thematis, quod breuiores eſſent, excudendos curaui, vt tandem Amicis optime de me meritis plene ſatisfacerem. Hanc Opellam meam (Illuſtriſſime Domine) multis de cauſis Nomini tuo inſcripſi. Spero enim, ſi tuo patrocinio tecta fuerit, Inuidorum quod aiunt, dentes facilius contemnet. Perſpexi etiam te, vt veritatis Chriſtianæ, ſic humanarum Artium, linguarumque & huius Sacroſanctæ imprimis Amantiſſimum, adeo vt nihil veritus

ſum

sum *generositatis tuæ*, nomen huic meo scripto apponere. Præterea tanta est *Nominis tui*, apud omnes admiratio propter summam & pietatem & eruditionem tuam, vt ex officio me facturum putarem, si has tibi primitias offerrem. Deniq; cum Paraphrasin illam capitis primi Geneseos Latinis scriptam Heroicis in manus tuas tradidissem, vna cum Analysi Logica, sic es amplexus, sic gratias egisti, sic humanitatem & benevolentiam in me, tuam plenis, quod aiunt, velis effudisti, acsi opus esset ipsa Iliade multo præstantius. Hos itaq; de Accentibus & Inuestigatione thematis tractatus, si tibi non minus placuisse cognouero, dabo Operam, vt huius linguæ studiosis, quantum per Dei gratiam licebit, prodesse possim, & vt testatum apud omnes relinquam officium erga te meum. Deum Patrem Domi-

ni

ni nostri IESV CHRISTI oro, vt *generositatem tuam* quàm diutissime tueatur incolumem. Datum ex Musæo nostro VANSTEDANO, Cal. Sept. 1617.

G. T.

Obseruantissimus,

G. SYMSONVS.

Ad Lectorem.

Habes (Lector humaniſſime) pauciſſimas hic Regulas, quarum lumine duo de Accentibus ſcire poteris. 1. *Germanam illam legendi rationem & proſodiam illam plane Diuinam, qua vſi ſunt vetuſtiſſimi Iudæorum, dum ſacra Biblia legerent in Synagogis. Quam & ipſe Chriſtus ſequutus eſt, dum legeret duos primos verſus capitis 6. Ieſaiæ Prophetæ. Hanc ex Accentuum varijs inter ſe ſonis collegi & ſingulorum ſonos notaui, quod ab omnibus & vetuſtis & Modernis ſcriptoribus opinione mea, & quod viderim, prætermiſſum eſt.* 2. *Myſticam illam & arcanam Accentuum Diſpoſitionem, quam*

Moſes

Moſes & Prophetæ vno conſenſu adſcripſerunt, acſi vna & eadem hora & ab vno additi eſſent. Conſtans enim eſt eorum Ordo & eadem vbiq; Leges in omnibus Libris proſaicis, imo in illis ipſis Canticis, quæ paſſim in Biblijs habentur. Quas in pauciſſima præcepta collegi, vt tuis ſtudijs prodeſſe poſſim. Has ſi diligenter obſeruaueris, diſces breui Accentus addere Hebraicis ſcriptis quibuſcunq; eodem quo adduntur modo in Biblijs, imo illis Biblijs, quæ accentibus carent, eodem addere accentus ordine alio legente, quo additi ſunt in Biblijs maioribus. Quantum tibi ſit vtilitatis ex hiſce duobus riuulis hauriendum, videor videre, ſi in Grammatica & Textu Biblico mediocriter fueris verſatus: quod vt facias conſulo priuſquam huic operi manum admoueris. Typographo deerant puncta vocalia & accentus omnes; quare quum nihil perfectum emittere poterã, ne viderer amicis defuiſſe, puncta vocalia & Accentus adieci libris

bris pene omnibus. Si expectationi tuæ iam minus ſatisfecero, ſi quæ ſunt præcipua reliquero, ſcias velim mihi in animo fuiſſe omnibus modis tibi prodeſſe, quod non licuit propter inopiam Caracterum. Si docentem audire deſideras, libentiſſime patebit tibi hoſpitium noſtrum vtcunq; modicum.

DE ACCENTIBVS HEBRAICIS BREVES ET PERSPICVÆ REGVLAE.

CAP. I.

De Accentuum figura.

IN Accentibus duo ſpectanda. 1. Figura. 2. Situs. Figura eſt pura vel mixta. Pura, ex Puncto vel Linea. Quidam accentus vno perficiuntur puncto, quidam pluribus. Vno, vt *Rebhiah*. i. *incubans*, quod mediæ literæ incubet, & immineat. Pluribus vt זקף קטון *Zakeph minor*, i. *e-*

rector minor, quòd minus efferat vocem cui incumbit, quàm ipsius frater, de quo postea.

Linea ex qua fiunt Accentus est recta vel curua.

Ex Recta, oriuntur, מתג i. *metheg*, i. *frænum*: hic enim dirigit lectionem vocis, vt frænum solet incessum equi. Et סלוק *Sillvk*, i. *Finis*, quod in fine versus sine vltima eius dictione inueniatur.

Ex curua fiunt טפחא *tiphcha*, qui & טרחא *tarcha* dicitur, i. defatigatus, quòd sit vocis submissæ & quasi fessæ. 2. מרכא *mercha*, quasi מארכא *mearcha*, i. productor minor, quod sit submissæ, sed tamen productæ vocis. Ideo vocatur & מאריך *maarich*, i. *prolongans*. Hinc contractum מריך *merich*, & additione articuli fit מרכא dicitur & מרכא פשוטא quasi *merca* extensus. 3. מרכא כפולא i. *merca duplex*. 4. גרש *geresh*, i. expulsor, quòd vocem in cantu subito expellat. 5. גרשים *gerashaim*, i. *expulsores duo*. 6. קדמא *kadma*, i. antecedens, scilicet vel finem dictionis vt opinatur Io: Buxtor: vel potius quod subsequentem accentum, qui sæpius est *geresh*, antecedat. Horum omnium figura cum pene eadem videatur, facile

cile tamen vna ab altera distinguetur, si situm, de quo postea, aduerteris. Sic fuit figura accentuum pura, sequitur mixta.

Hæc vel est ex solis lineis, vel ex linea & puncto. Ex linea recta & curua fiunt.

1. מונח *munach, depositum* scilicet cornu vel שופר ישר i. *cornu rectum*, vel שופר הולך i. *cornu ambulans*. A figura. י

2. מהפך *mahpach*, i. *inuersum*, quasi שופר מהפך i. *cornu inuersum*. A figura priori opposita. ב

3. פזר *pazer*, i. *dispergens*, quasi vocem dispergens & dissipans. Ex pluribus curuis fiunt nouem qui sequuntur. ל

1. תלישה קטנה *tlisha ketanna*, i. *euulsor* vel *eradicator minor*, quòd vocem è profundo pectoris euellat. h. e. submissè incipiat, & elate circumrotetur; quod & figura indicat. מ

2. תלישא גדולה *tlisha gedola*, i. *euulsor* vel *euulsio maior*. Vt differat à priore fratre. נ

3. קרני פרה *karne para*, i. *cornua vaccæ*, quæ effingit, non figura tantum, quàm cantu. ס

4. זרקא *Zarka*, i. *sparsor*, à sparsa & inflexa voce iuxta figuram eius. ע

5. שלשלת *shalsheleth*, i. *catena*. פ

A figura, quam modulationis flexus imitatur.

ק 6. יתיב *Iethibh*, i. *reuersum*, scilicet *cornu*, alij exponunt, cornu reducens, dicitur & שופר מקדם i. *cornu præmissum*, vel *antecedens*, aut שופר משפל i. *cornu deijciens*.

ר 7. דרגא *darga*, i. *gradus* cornu reflexum vel reuolutum a figura, tum etiam quod vocem tremulam & contortam notet.

ש 8. אתנח *athnach*, siue אתנחתא *athnachtha*, i. *respiratio*, à voce pausante & respirante, quia cum membra distinguit, necesse est in eo longius respirare.

ת 9. ירח בן יומו *Ierach ben Iomo*, i. *Luna filia diei suæ*, i. recens & primùm nata, à figura semicirculi lunæ, quam & cantus effingit.

ת Ex linea & puncto זקף גדול *Zakeph gadol*, i. *erector magnus*, quod elatæ vocis sit in canendo & tandem faciat duos saltus acutos, vt Hebræi loquuntur; nam eius musica intensior est.

ת 2. תביר *Tbhir*, i. *fractus*, à voce fracta & inæquali quam linea inflexa cum puncto refert.

Sic fuit Accentuum *figura*, sequitur *Situs*.

Cap.

CAP. II.

Accentuum Situs.

SItus eſt debita accentui ſedes. Eſtq; *mobilis* vel *fixus*. Accentus fit mobilis *eiectione* vel *traiectione*. Eijcitur accentus per *maccaph* vnionis notam, vel per *alium accentum*. *Maccaph* eijcit 1. MiniſtrumReguli vt מִכֹּל־הַמְּקוֹמוֹת ex omnibus locis. Miniſter (-) Reguli Paſhta, qui *mahpa* eſſe debuit ſub prima voce, expungitur per *maccaph*. 2. Et Euphonicum *Metheg*, vt וְנִגַּר־לוֹ *& renunciauimus illi*. Vox vna eſt per *maccaph*, ex qua eijcitur *metheg*, & eius locum ſupplet *cadma*.

Accentus accentum eijcit Pauſæ & Reguli ſuos ſæpiſsimè Miniſtros; imo Reguli Regulos eijciunt: adeo vt qui longiſsimè à Pauſis abſint, vice verſa proximè accedat. Agedum, rem totam exemplis Illuſtrabimus.

Rebia in prima voce ſæpius occurrit eiecto ſuo Miniſtro, vt לִבֵּן ſic Zakeph לְהִנָּצֵב quod fit præſertim cum ſe ſequitur. Athna, וְשִׁמְעוֹן *Silluk*, vt וְעַלְיוֹ

Ad hunc modum Reguli ſuos eijciunt

Miniſtros. Nam *Paſhta* qui ditiſsimo ſtipatus comitatu incedit, excludit quemlibet, pro ratione loci, Miniſtrũ vt שפחיר ſic de cęteris. Sed exempla imprimis notãda vbi Reguli Regulos eijciunt, vno vtimur וגמיצאתי לכם נאם יהוה ושבתי את שיבותכם *præſto enim futurus ſum vobis dictum Iehouæ, & reducturus captiuos veſtros.* In quo exemplo proxime accedit *ad Rebia Regulus ſegolta eiecto gereſh qui proximus* eſſe debuit, Ier. 29. 14. Sed ſatis eſt indicâſſe hanc eiectionem fieri ante Pauſas & Regulos. Eiectum accentum ipſa pauſa oſtendit cum priuatur accentu, ſic cum ſolus eſt Regulus qualiſcunq; Regulus etiam pauſæ proximus eiectum Regulum facillime monſtrabit.

Traiectio fit potiſſimum duabus de cauſis. 1. Propter vicinitatem accentus in ſequente dictione. vt ונוח מיצא חן *& Noah inuenit gratiam*, Gen. 6. 8.

2. Propter Coniunctionem (ו) conuerſiuam in verborum *Præteritis* & *futuris*. Nam præpoſitum *præterito*, quod in *futurum* conuertitur, accentum fere detrahit à penultima vocis ad vltimam. Vt ושפטת *& Iudicabis*, accentus debuit

eſſe

esse post (-) 2. *Reg.* 8. 32. ואמרת & *dices* וגנותי & *protegam*, Ies. 38. 5, 6. Sed futuro præfixum, quod in præteritum conuertitur, accentum ab vltima ad *penultimam detrahit*. vt ויאמר accentus *merca* ascendit ad penultimam propter (ו) Sic fuit accentus mobilis, sequitur fixus.

Fixus accentus dicitur, qui locum non mutat, etsi poterit mutare, quod sæpe cõtingit. Hic aliter se habet in libris prosaïcis, aliter in Metricis. In libris Prosaïcis considerandus est duobus modis. 1. Ratione vocis, in qua sedem habet, eaq; est in vltima aut penultima. Hãc vocem tunc מלעיל *milhel*, i. supra, quia in syllaba proxima ab vltima accentum habet, appellarunt. Illam מלרע *milrah*, i. infra h. e. quod in fine accentum habet. 2. Ratione alterius accentus. Dicamus de prima.

De Accentibvs

Cap. III.

Accentus voci vim inferentes, vbi de membrorum & partium Orationis distinctione dicetur.

ACcentus fixus varie afficit vocem in qua est; nam aut illi vim infert, aut eandem adornat. Cuius generis accentus Tonici dici possunt, quod voci suum peculiarem tonum addant. Priores accentus, qui vim inferunt voci, *Pausa*, *Reges*, *Reguli* vocabulis apprimè accommodis passim appellantur, quibus & nos etiam vtemur suis locis. Vim inferunt duobus modis. 1. aut eam distinguunt, & distinent (sic postulat interspiratio) à voce sequente, mora quadam conueniente & lectioni prorsus commoda, aut eam mutant, vt vox eadem non videatur. Vt recte cognoscamus, qui distinguendo voci vim inferunt, sciendum quod distinctio est duplex. 1. Vna, Spiritus humani depositio in sententiæ loco commodo. 2. Incisio quædam in eadem sententia ante Spiritus depositionem. Spiritus depositio est duplex. 1. Imperfecta. 2. Perfecta. Imperfecta fit per *Rebiah* & *Zakeph* minorem, quibus hoc commune est, 1. quod

supra

ſupra vocem ponantur. 2. Quod in vocis vltima litera nunquam figantur. Perfecta depoſitio fit per *Athnach* & *Silluk*, quibus hoc commune eſt, quòd infra vocem notentur idq; in vltima ſyllaba, ſi nihil impediat. Atq; hæc de depoſitione Spiritus, qui per hos quatuor accentus, qui & *Pauſæ* dicuntur, inter omnes prȩcipuos, commodè deponitur: *Sequitur* Inciſio, quæ eſt ſententiæ illius in qua eſt Spiritus depoſitio, quaſi per minores partes (cum priores in membra & maiores partes ſententiam diuiſerunt) ſectio & partitio. Fitque per Accentus *Tredecim*, hi ſunt priorum Reguli, ex quibus decem ſupra vocem, Tres infra vocem ſedem habent. Decem qui voci Imminent, hi ſunt. *Zakeph ma: Segolta*, *Sarka*, *Gereſh*, *Geraſhaym*, *Paſhta*, *Pazer*, *Shalſheleth*, *Tliſha ma:* & *Karne Phara*. quorum Situs peculiaris eſt in voce ad hunc modum. In vltima vocis litera tres, *Segolta*, *Zarka*, & *Paſhta*, ſemper inueniuntur. ſupra primam vocis literam *Tliſha ma:* ſolus ſedem perpetuo fixit. Syllabam vltimam poſsident *Karne phara*, *Shalſheleth*, *Pazer*, *Zakeph ma*: *Gereſh* & *frater geraſhaim*.

Tres qui infra vocem ponuntur ſunt

Ietibh

Ietibh, *Tbhir*, & *tiphcha* quorum peculiaris ſitus hic eſt. *Ietib*, ſub prima litera, primaque vocali figitur, *Tbhir* vero & *tiphcha* vltimam ſyllabam ſortiti ſunt. Atque omnes ſententiæ in quibus priores inſunt Pauſæ, per hos Tredecim accentus ſic inciduntur acſi in partes & particulas ſecarentur, vt longiſſima ſuis gradibus velut accommodis & appoſitis interuallis vſq; adeo recte legi & pronunciari poſsit, donec per tres depoſitiones vocem continuando, ad vltimam ventum fuerit. Notandum tamen eos hanc vim diſtinguendi aut amittere aliquoties, aut languide retinere cum à Regulis ad Pauſas vel à minoribus pauſis ad maximas feſtinat oratio. Et ſic vocem à voce diſtinguunt: nunc videamus quam in voce mutationem Regio ſuo more faciant. Mutatio iſta eſt duplex. 1. mutant quaſdam in voce literas, quas vocant בגד כפת *beged kephath*, hoc modo. Cum aſpiratæ deberent eſſe poſt vocem vocali longa aut litera quieſcente finitam: tenues tamen fiunt indito puncto, præcedente in priore vocis vltima, aliquo ex hiſce, quem inſeruire diſtinctioni ſupra diximus, vt שמעו אלי בעלי שכם *audite*

audite me Domini Shecem, Iud. cap. 9. 7. in quo exemplo ב est litera tenuis propter Pashta licet, pręcedens vox אלי desinat in י. Secundo mutant in voce vocales, potissimum *patha* (-) & (∴) *segol*, si geminum sit in (ד) *camets*, vt ישב pro ישב *sedit* חסד *benignitas* pro חסך & alia infinita. sic & (:) *sheua* etiam in vocalis naturam transit multis in locis, vt פרי *fructus* pro יצילך פרי *eripiet te* pro יצילך & ר ve sit ר va, ante monosyllaba & penacuta. Atq; hæc dicta sunt de Accentibus, qui voci vim inferunt. Sequuntur illi qui vocem adornant.

CAP. IIII.

Accentus vocem adornantes.

QVi vocem adornant sunt vel priorum accentuum *Ministri* vel Euphonicus *Metheg*.

Ministri sunt Octo, ex quibus sex subijciuntur voci, 1. *Munach*, 2. *Mahpah*, 3. *Merca*, 4. *Merca cephula*, 5. *Darga*, 6. *Ierach ben Iomo*. Duo supra ponuntur *Tlisha* minor & *Cadma* quorum peculiaris situs est ad hunc modum. qui infra notantur, Dictionis finem occupāt, vti priores. Nam

&

& hi tonici ſunt, vt ſupra dictum eſt. Ex duobus qui ſuper eminent, *Tliſha* vltimæ literæ incumbit, vt frater primæ, *Cadmah* penultimam literam obtinuit, cui longius progredi non licet propter Paſhta. Cum Io: Buxtorfius dicat principio vocis inhærere, Intellige, non quoad peculiarem eius ſitum; ſed vel quod vicem *metheg* ſuppleat in eadem voce cum altero accentu, vt ונפקדת : vel quod voci *millel* immineat, vt כסף *argentum*. Porro hi Miniſtri adornant vocem ſuauiſsima quadam modulatione dum vocem cui adſunt celeriter appellunt ad Regulum illum cui miniſtrant & famulantur, ideo vnientes dicas. De hac modulatione poſtea dicetur. in Tabula quam adiecimus.

Inuenies tamen aliquoties hos Miniſtros diſtinguendi vim aſſumere, quod fit duobus in locis potiſsimum. 1. In Genealogijs, in quibus eſt catalogus propriorum nominum duntaxat, vt Ieſ.c.1.v.1. Secundo ſequente copula (ו) Eſa cap. 1. v. 4. ſic in membro etiam Aſyndeto, vt הכוני בצעוני *percuſſerunt me. vulnerarunt me*, Cant. 5. 7. Hæc de Miniſtris.

Cap.

CAP. V.

Sequitur de Metheg.

HVius ſitus eſt ſemper ante Tonicum, niſi eijcitur, in eadem voce, & cum contingit in eadem voce geminari aut triplicari, tunc tres imo 4. concurrunt accentus, geminus aut triplus *Metheg* in prioribus ſyllabis, & in fine Tonicus. Duplicem ſtatuo Metheg, vnum *proprium*, alterum *improprium*. Ille *proprius* eſt, qui in eadem voce cum tonico reperitur. *Improprius* eſt duplex. 1. Cum illius vicem ſubit Tonicus in eadem voce, vt וילכו *& abiuerunt*; in quo exemplo eſt cadma loco Metheg. 2. Cum ex vocibus per Maccaph vnitis priorem ſuſtentet.

Quod vocem cui adeſt adornet ſuauiſſima quadam decantatione, accentus ipſius appellationes indicant. Nam vt à prima Appellatione מתג i. *frænum* ab vſu dicitur: ſicut modo dixi, ſic à ſuauitate pronunciationis, Euphonicus & Rhetoricus appellatur.

Sic conſiderauimus accentus fixos ſeu illi vim inferant voci, ſeu adornent, idq; ratione vocis, in qua ſedem habent.

Sequitur vt de accentibus fixis, ratione alterius

alterius accentus, aliquid dicamus: ea tota ſpectatur in *Ordine* vel *Cohærentia*.

Cap. VI.

De Accentuum Ordine.

Ordo eſt Accentuum cuiuſcunq; generis legittima inter ſe collocatio, eſtq; *Plenus* vel *deficiens*. Plenus cum omnes Pauſæ & vna cum his tot ex vniuerſo exercitu accentus concurrunt, quot opus ſunt ad ſententiam adimplendam. In hoc Ordine primùm & præcipue notentur Pauſæ, non quòd primum locum in ſententia obtineant, ſed quòd ſint alijs omnibus accentibus, quaſi fundamenti loco, vt ab illis dilatentur & extendantur, ſeu Edificium ſuo fundamento impoſitum & coaptatum. Ideo Pauſas ſequuntur Reguli & Regulos Miniſtri, quibus inſeruiunt. Quorum omnium hic eſt Ordo.

Cap. VII.

Ordo Pauſarum in ſententia.

PRimus eſt Rebiah. Secundus Zakeph minor. Tertius eſt Athnach, Quartus &

& in fine *Silluk*. Ex his Pauſis ſæpius & in eadem ſententia geminantur Rebiah & Zakeph, cum duæ poſteriores nō poſſunt: mutuoq; ſe conſequuntur etiam poſt Athnah, & tunc ad Silluk pertinere videntur, vt illius membrum, Regulorum inſtar dilatent & extendant.

Ordo deficiens inuenitur in ſententijs breuioribus. ſæpe deficiunt duæ priores Pauſæ; Raro *Athnach*, niſi in ſententia admodum breui. quæ ſæpius eſt monocolos. *Silluk* in quibuſdam locis deficere cenſuerunt Mazorethæ poſt *Athnach*, vt *Gen.* 4.8. quod ibi verba *Kaini* odium ſuum & inuidiam in fratrem diſsimulantis per Apoſiopeſin reticentur, cum tamen poſt *Athnach* ſequatur *Silluk* ijſdem additis accentibus, quibus aſſolet. Sed cum hic in accentibus nihil Anomalum inueniam, & hęrentes ſibi adinuicem ſuis videam legibus, verba quædam duntaxat deſiderari: facile adducor vt credam, ipſos Mazorethas quædam de accentibus ignorâſſe, tantum abeſt vt Authores accentuum putem. Annotarunt ad Marginem hūius verſus, 28. alios eſſe in quibus deficere oporteat *Silluk*. Dum ſingulos perpenderem, inueni Mazoretarum notas & in hoc loco,

loco,& in alijs multis minime neceſſarias. Imo, quis non audaculos illos dicet in Accentibus Decalogi, in quo, ſi Mazoretarum notas præterieris, conſtantem illum omnium tenorem deprehendes, quo Moſes in Pentateucho ſuo ab initio ad finem eſt vſus. Scio *Aben Hezram* ſuperſtitioſe ſatis inhęrere Rabbinorum Commentis, & illi præſertim de Decalogo. aiunt enim Deum illa decem præcepta pronunciaſſe בדבור אחד vno eloquio, vt dicit Rabbi Shelomo in expoſitione Decalogi & proinde ipſorum ſomnia illi ſunt inſtar oraculorum. audi ergò quæ de illis dicat dum ipſe Decalogum interpretatur, בוגד חלילה חלילה שאומר שלא דברו נכונה בי דעתנו נקלה דעתם .i Abſit, abſit, vt dicam non recte eos loquutos eſſe, cum præ illis tenuiſsima ſit ingenij noſtri facultas. Ego tamen vtcunq; Mazoretarum obſeruationes plurimi facio, & exoſculor: dabunt omnes, ſat ſcio, mihi veniam, qui Rabbinorum ſcripta mordicus tuentur, ſi veritatem potius amplectar. Sed ne longius prouehar, vt ad illud à quo paululum deflexi, reuertar: *Silluk* deficere non poteſt, ſi aliqua pauſarum præceſſerit. Atq; hic Pauſarum ordo

eſt,

eſt. Si ſecunda primam aliquoties præceſſerit, id accidit propter plurimos & reciprocos ipſarum inter ſe concurſus.

CAP. VIII.

Ordo Regulorum.

REgulorum concurſus eſt inſtar contignationis in Edificio. ideo alij alios antecedunt, imo alij ſunt alijs Valentiores, & in ſententia plus poſſunt. Sed vt de ipſorum ordine pauca dicam; *Pazer* antecedit *Gereſh* in Rebiah, *geraſhim* ante *paſhta* in Zakeph mi: Zakeph mi: ante *Tbhir* in *Athnah*. & *Tbhir* ante *Tiſcha* in *Silluk*. Sed hunc ordinem facilius intelligemus, ſi illos intuebimur in ſingulis Pauſis quarum ſententias dilatare ſolent. interea lege, 2.Reg.1. verſ.6. Ioſ.22.33. 1.Chr.28.1. &c.

CAP. IX.

Ordo Miniſtrorum.

ORdo Miniſtrorum hic eſt vt præeant Regulis quibus inſeruiunt. ſic *Cad-*

mah ante *gereſh*, *merca* ante *tiphcha*, *mahpach* ante *Paſhta*. & ſic de cæteris. Imo cum Pauſis & Regulis plures inſeruiant Miniſtri, certum eſt eos etiam inter ſe quendam ordinem obſeruare. Nam nullos accentus ἀτακτῶς ferri adhuc deprehendi. Sic *darga* ante *munah* & *tlisha mi:* ante *cadmah* notabis & ſic in alijs, adeo vt certo loco figi accentus neceſſum ſit. Hactenus de Ordine, ſequitur de *Cohærentia*.

Cap. X.

Accentuum inter ſe Cohærentia.

DE hac Cohærentia accentuum inter ſe liceat mihi pauciſſimis præfari. Multa de accẽtibus lectu digniſsima ſcribi poſſunt, ſed nihil iſta Cohærentia dignius. In qua ineſt admiranda illa ſuauitas & venuſtas, qua veteres Iudæi vſi ſunt in lectione Scripturarum quamdiu viguit apud illos ſincerus Dei cultus. Nam vtcunque veteris Teſtamenti Stylus humilis & incultus multis videatur, placuit tamen Spiritui S. his vocibus noſtri cauſa quaſi balbutire, ſub quibus etiam ſumma illa noſtræ ſalutis myſteria & diuinam de nobis

bis ſaluandis voluntatem reſerauit & aperuit. Et ne quis ipſas voces iuſte poſſet contemnere, tantam addidit per hos accentus ſuauitatem (Anima enim vocis in vocalibus ineſt, ſuauitas omnis & Proſodia in accentibus) vt qui recte legerit & voces ſecundum ſuos accentus recte pronunciauerit, Angelum è Cœlo loquentem potius dices, quàm humanam vocem. Cum Chriſtus Dominus noſter legerit Nazarethæ in Synagoga duos primos verſus cap. 61. Ieſaiæ Prophetæ, germanam vocum omnium Proſodiam tanta ſuauitate obſeruauit, vt omnium, qui aderant, oculi, in illum conuerſi ſint. Propterea cuiq; accentui ſuus eſt peculiaris ſonus, qui ſi accuratè perpendatur, illam excitant harmonicam melodiam, præ qua cantiones qualeſcunq; dices iniucundos & confuſos ſtrepitus. Ego, dum in metiendo omnium ſono diu me exercuiſſem, tandem mihi videor aſſequutus non tantum hanc, quam Angelicam dixi ſuauitatem legendi, qua vſi ſunt Eccleſiaſtæ Iudæorum, ſeu Prophetæ in ſuis concionibus, ſeu Sacerdotes & Leuitæ in illis, aliiſq; Scripturarum ſectionibus recitandis & legendis: Verumetiam Myſticam il-

lam & Arcanam accentuum Diſpoſitionem & Cohærẽtiam quam Moſes & Prophetæ vno conſenſu textui adſcripſerunt. quam vt imiteris aut in Biblijs ſine punctis, aut in Rabbinorum ſcriptis, aut Epiſtolis tuis quibuſcunq; has pauciſsimas Regulas conſulo vt addiſcas.

Coherentia eſt qua Accentuum intelligimus perpetuum inter ſe Nexum, vt priores Pauſæ dilatentur & impleantur.

Cuius Anomalia eſt arctiſsima illa coniunctio vnius cum altero in eadem voce. Nec hic temere Mazoretis credendum eſt, quorum notas à Prophetarum notis facillime diſtingues ſi has Regulas aduerteris.

Hæc omnis Cohærentia Duplex eſt. 1. Simplex. 2. Compoſita. Illa cum *Pauſis* proximi ſunt Miniſtri. Tres primæ Pauſæ cõmunem habent Miniſtrum *Munach*. *Silluk* ſuo merca contentus eſt. Si *munach* ſæpius quod plerunque fit ſuis pauſis adhereat, imo ſi darga præceſſerit quod fit ante *Rebiah*, celerius voces omnes proferendæ ſunt, & diutius in ipſa Pauſa immorandum. Hæc de ſimplici cohærentia. ſequitur Compoſita.

Cap.

CAP. XI.

Cohærentia Compoſita.

COmpoſita Cohærentia eſt cum Reliqui accentus *Pauſis* etiam adhærent. Liceat mihi à *Pauſis* incipere & accentus numerare, donec ad initium ſententiæ ventum ſit. Sic enim multo certius quod voles, aſſequeris. Hæc Cohærentia compoſita eſt *Propria* aut *Impropria*. Propria quando vel Reguli cum ſuis Miniſtris vel Reguli cum Regulis iuncti in *Pauſis* inueniuntur. Hinc patet proximum à *Pauſis* locum venditare ſibi Regulos, imo Pauſis aliquando proxime adhærent excluſis illis quos dixi Miniſtris. Vno vtemur exemplo. בי אדני *in me Domine*. ſub. *attentus ſis*. Sub prima voce eſt *tiphcha*, Regulus, qui accentui Athnach proximus eſt excluſo, vi ipſius pauſæ. Miniſtro *munach* qui proximus ſuæ Pauſæ eſſe debuit, proxime acceſsit *Tiphcha* Regulus, Diſtinctionis & inciſionis ergò. Non enim vult Ioſhua præcipiti ſermone, ſed diſtincto & inciſo Deum alloqui, honoris cauſa, Ioſ. 7. 8.

In quibus Pauſis inueniantur Reguli.

Videndum itaq; de Regulis & primum in quibus Pauſis inueniantur.

Reguli in Pauſa prima.

In Pauſa prima Nouem Regulos inueni, nam plures non recipit. Hi ſunt. 1. *Gereſh.* 2. *Tliſha maior.* 3. *Geraſhaïm.* 4. *Sarka.* 5. *Segolta.* 6. *Pazer.* 7. *Karne pharah.* 8. *Zakeph ma.* 9. *Shalſheleth.*

Reguli in Pauſa ſecunda.

Hos Regulos recipit Pauſa ſecunda. 1. *Tliſha ma.* 2. *Paſhta.* 3. *Pazer.* 4. *Ietibh.* 5. *Zakeph ma:* 6. *Geraſhaïm.* 7. *Zarka.* 8. *Segolta.* 9. *Shalſheleth.*

Reguli in Pauſa tertia.

Hos Regulos recipit Pauſa tertia. 1. *Tbhir.* 2. *Tiphcha.* 3. *Geraſhaïm.* 4. *Gereſh.* 5. *Zakeph ma.* 6. *Tliſha ma.* 7. *Zarka.* 8. *Segolta.* 9. *Karne phara.* 10. *Pazer.*

Reguli

Reguli in Pauſa quarta.

Hos Regulos recipit Pauſa quarta. 1. *Tbhir.* 2. *Tiphcha.* 3. *Tliſha ma.* 4. *Geraſhaïjm.* 5. *Zakeph ma.* 6. *Karne phara.* 7. *Pazer.*

1. Ex quibus patet quoſdam Regulos in omnibus numeri pauſis, & hi ſunt, *Gereſh*, *Geraſhaïjm*, *Pazer*, *Tliſha ma.* *Karne pharah.* & *Zakeph ma.*

Paſhta & *Ietibh in ſecunda* ſolummodo.

Tiphcha & *Tbhir in tertia* & *quarta.*

Shalſheleth in prima & *ſecunda.*

Zarka cum ſuo *Segolta in prima*, *ſecunda*, & *tertia.*

2. Ex his ſæpius iterantur in eadem Pauſa, *Pazer*, *Paſhta*, *Tbhir*, *Zarka* & *Segolta.* Omnium ſæpiſſime *Paſhta.* idq; varijs modis.

Secundo de Regulis & ſuis Miniſtris agendum. *Quos Miniſtros & in quibus Pauſis Reguli* aſſumunt.

Cadma 1.

Cadma antecedit hos Regulos.

Cadma antecedit { *Gereſh*, *Tbhir*, *Paſhta*, *Geraſhaim*, *Zarka* } in { *Rebiah*, *Athnach*, *Zakeph mi*. *Kebiah*. *Rebiah*. }

Tliſha minor 2.

Tliſha mi. antecedit. { *Gereſh*, *Tbhir*, *Paſhta*, *Zarka* } in { 1, 3. 3. 2. 1. }

Merca 3.

Merca, antecedit. { *Paſhta*, *Tbhir*, *Tiphcha*, *Zarka* } in { 2. 3, 4. 3, 4. 2. }

Mahpach 4.

Antecedit)(*Paſhta* ſolum in *ſecunda*.

Darga 5.

Antecedit,)(*Tbhir*)(in { *Secunda*. *Quarta*. }

Munah

Munah 6.

Omnes Regulos antecedit præter *ſhalſheleth* & *tiphcha*, rariſsimè *geraſhaim* & *Zakeph ma: Shalſheleth* nullum habet Miniſtrum nec *Ietib*.

Merca Cephula. cum ſuo ante ſe

Darga 7.

Antecedit Regulum *Tiphcha* ſolum in *quarta*.

Ierach ben Iomo 8.

Proxime antecedit ſuum *karne-pharah* in omnibus.

Hos itaq; Miniſtros aſſumunt Reguli & in his Pauſis. Nunc de cohærentia Regulorum cum Regulis, & in quibus pauſis inueniantur agendum.

Sic Reguli inter se cohærent in quatuor Pausis.

Tbhir tiphchain tertia & quarta
Tlisha ma: pashta —— 2
Zakeph ma: Tiphcha —— 4
Pazer Ietib pashta —— 2
Tlisha gerashaim tbhir tiphcha 4
Gerashaim tbhir tiphcha —— 3
Zakeph ma: pashta —— 2
Geresh Tbhir tiphcha —— 3
Zakeph ma: tbhir tiphcha —— 3
Zarka segolta tlisha ma: geresh 1
Gerashaim pashta —— 2
Pazer geresh —— 1
Zarka segolta pashta —— 2
Pazer geresh pashta —— 2
Tlisha ma: gerashaim pashta —— 2
Tlisha ma: geresh, tbhir, tihpcha 3
Tlisha ma: zarka, segolta —— 1
Shalsheleth pashta —— 2
Zarka geresh Tbhir tiphcha —— 3
Tlischa ma: gerashaim —— 1
Gerashaim zarka segolta ger. —— 1
Geresh zarka se. —— 1
Zarka segolta gerashaim pashta 2

Zarka

Zarka, karne phara, zarka gereſh tbhor, tiphcha, hi omnes reperiuntur in *Silluk* ——— 4

Zarka, ſegolta, karne pharah, gereſh, tbhir tiphcha, hi vna reperiuntur — 3

Hæc breuiter de Cohærentia Regulorũ cum Regulis in ſingulis Pauſis delibâſſe ſufficient, reliqua ad *Tabulam Coherentiæ* reijcere coacti ſumus, quam nõ licuit imprimere, propter inopiam Characterum. Cõtinet enim omnium Pauſarum qualeſcunq; variationes per ipſos Regulos & Miniſtros. Et voces omnes penacutas, voces per maccaph, & Metheg notatas illas in quibus eſt traiectio per ו *vau*, ſed ex ipſa tabula melius patebunt. Atq; hactenus de *Cohærentia accentuum propria*, Sequitur *impropria*. Impropriam illam dico, cum Regulus aliquis inuenitur ſine Miniſtro aut altero Regulo. Sic fuit Situs accentuum fixus in libris Proſaicis. Quis vero in libris Metricis obſeruetur, dabitur alias Deo iuuante.

Fiƈta

Ficta Pauſarum Elementa & ſoni.

ח	*ha*	ח	*Rebia,*
חין	*hin*	ח	*Zakeph mi:*
פא	*pa*	פ	*Athnach,*
כח	*co*	כ	*Silluk.*

Ficta Regulorum Elementa & ſoni.

דא	ד	*gereſh,*	רח	*re*	ר	*paſhta*
לא	ל	*Hiſha,*	אי	*i*	א	*Ietib,*
גא	ג	*zakeph ma:*	נא	*ne*	נ	*tiphcha,*
סח	ס	*geraſhaijm,*	דאל	*del*	ד	*ſhalſheleth,*
מח	מ	*zarka,*	רא	*ro*	ר	*Tbhir,*
וא	ו	*ſegolta,*	פא	*pu*	פ	*karne pharah.*
סו	ס	*Pazer.*				

Ficta Miniſtrorum Elimenta & ſoni.

פו	*bo*	ב	*munach,*	פי	*pi*	פ	*merca,*
די	*di*	ד	*tliſha mi:*	חו	*ho*	ח	*merca Cephula,*
וא	*va*	ו	*cadma,*	רא	*ra*	ר	*darga,*
לו	*lo*	ל	*mahpach.*	דא	*du*	ד	*Ierach ben Iomo.*

His te Paululum aſſueſce vt tandem ſuauiter poſſis & legere & accentus addere cuiuis ſcripto ijs carente.

FINIS.

Analyſis Grammatica duorum verſuum Capitis 61. Prophetæ IESAIAE. *Vna cum ratione accentuum ſecundum priores Regulas.*

רוּחַ *Spiritus*] ח in fine profertur poſt (-) *patha*. eſt ſæpius generis fœminini vt indicat terminatio רוּחַ in plurali & adiectiuum fœmininum cui adiungitur, vt רוּחַ מְרַחֶפֶת *ſpiritus incubabat*. nihil mutat in hac Syntaxi, ſed addito pronomine abijcitur *patha*, vt רוּחִי

אֲדֹנָי *Domini*] Nomen Dei omnimodam & abſolutam ipſius potentiam notans à voce אָדוֹן *Dominus*, quod Deo ſæpe tribuitur, & adiectione *Iod* cum *camets* diſtinctionis cauſa fit אֲדֹנָי

יְהוָה *Iehoui*] Tetragrammaton. Hoc nomen, Dei eſſentiam, quę eſt heri, hodie, & in ſæcula denotat. Poſtponitur priori, aliquãdo præit vt יְהוָה אֱלֹהִים hoc loco ſcribitur יְהוָה *Iehoui*, pro quo אֱלֹהִים legi (cum eiſdem notetur punctis) contendunt Iudæi, qui in literis myſteria ſuper-

perſtitioſe ſatis quærunt. Sed quid impedit quæſo eandem vocem variè legi & quidem varijs de cauſis, quæ facile monſtrari poſſunt.

עלי *Super me*] præpoſitio עַל cum affixo primæ perſonæ. Affixa quæ huic præpoſitioni adhærent, formam habent pluralis contracti. *Pauſa* mutauit *patha* in *camets* Iure Regio.

יען *Eo quòd*] Coniunctio cauſalis vox penacuta. hic adeſt præterito.

משח *Vnxit*] præteritum cal. 3. perſonæ numeri ſingularis maſculini generis, cuius futurum primum ſeu Imperatiuus eſt משח *vnge*. fut. 2. ימשח *vnget*. &. Hinc (*Meſsiæ*) nomen.

יהוה *Iehoua*] ſuppoſitum prioris verbi quod aliquando præcedit, aliquando ſequitur ſuum appoſitum. De hac voce, vide Analyſin cap. 14. ver. 2. Ieſaiæ.

ארחי *Me*] את ſignum eſt accuſatiui caſus poſt verba actiua, aliquãdo eſt pronomen cum affixo, & tunc fere ſcribitur per holem, vt hoc loco. quandoq; præpoſitio eſt, vt אתי *mecum*. & tunc ת habet dagges.

לבשר *Ad Euangelizandum*] ל præpoſitio inſeparabilis præpoſita verbo infinito

finito exponitur per gerundium in dum. בשר Infinitum *piel.* cuius præteritum eſt בשר *Euangelizauit.* fut. 1. בשר *Euangeliza.* fut. ובשר *euangelizabit.* participium מבשר *Euangelizans.*

עניים *Manſuetis*] à ſingulari עני *manſuetus.* vbi י cum *camets* eſt diphthongus, ſed in plurali י fit conſona, vt in alijs multis præſertim monoſyllabis. & (ר) *camets* ſub ע detrahitur in *hateph patha.*

שלחני *Miſit me*] ני *a-ni* eſt affixum verbi primæ perſonæ ſingularis numeri & iungitur præterito tertiæ perſonæ ſingularis numeri. vbi præteritum שלחַ mutatur, vt דבר. nam דבר cum ſuo affixo primæ perſonæ eſt דברי *per ſheua* & *camets,* ſic שלחַ cum ſuo affixo primæ perſonæ *ani* (eſt enim affixum verbi) fit שלחני huius fut. 1. eſt שלחַ *mitte.* fut. 2. וישלחַ *mittet.* vtrunq; hoc futurum recipere poteſt ה paragogicum.

לחבוש *Ad obligandum*] ח gutturalis ſcribitur cum *hateph patha,* & litera ante gutturalem habet *patha,* vt plenius proferri poſſit. Hic ל rurſus vna ex בלם *biclam,* cum infinito Cal. & per gerundiũ exponendum vt prius. in præterito חבש *obliganit* in fut. 1. חבוש *obliga.* in fut. יחבוש

יחבוש *obligabit.* in participio חובשי *obligans.*

לנשברי *Fractos*] ל iungitur nomini pluralis numeri contracti & per datiuum exponi potest, de qua vide gram. נשברי participium *Niphal.* à singulari נשבר *fractus*, in plurali integro נשברים in contracto est נשברי *fracti*, vbi *camets integri* numeri contrahitur in (:) *sheua.* præteritum actiuum est שבר *fregit.* passiuum נשבר *fractus fuit.* fut. 1. חשבר *frangitor.* in fut. 2. ישבר *frangetur.*

לב *Animo*] monosyllabum in *tsere* quod cum affixo est לבו in plurali est לבות fœm.gen. vbi *tsere* mutatur in hirik paruum & *dagges.* De monosyllabis in *tsere*, vide grammaticam. Nam monosyllaba in *tsere* varie mutantur in syntaxi.

לקרא *Ad proclamandum*] ל præponitur infinito vt prius. קרא infinitum cal. à præterito קרא quod Anomalum est vt cætera in א in fut. 1. קרא *clama.* in fut. 2. יקרא *clamabit.* part. קורא *clamans.*

לשבויים *Captiuis*] ל præponitur nomini integro, & exponitur per datiuum vt prius. hæc præpositio sæpius sequitur verbum קרא, שבויים participium secundum plurale, cuius singulare esse debuit

שבוי

שבוי vt גלוי & in plurali שבוים detracto camets ſolummodo. præteritum eſt שבה fut. 1. שבה *captiuum ducito*. in fut. 2. ישבה *captiuum* ducet. in Inf. שבות cum literis illis בבלם *biclam*. part. 1. שובה in part. 2. שבוי à quo hic pluralis.

רדור *Libertatem*] non recipit aliam formam in ſcripturis.

ולאסורים *Et vinctis*] ו *vau* coniunctio copulatiua annectit ſimiles caſus. ל prius אסורים participium ſecundum à ſingulari אסור in plurali *camets* detrahitur in *hateph patha* ſub א præteritum eſt אסר ligare.

פקח *Aperturam*] nomen ſyntacticum, cuius vtraq; vocalis mutari videtur, quaſi eſſet פקח per geminum *camets* in forma abſoluta,& in ſyntaxi פקח *exponi* poteſt, *aperi carcerem*, vt ſit imperatiuus verbi פקח *aperuit*.

קוח *Carceris, ergaſtuli.*] vox penacuta forte à לקח *accepit*, quia qui apprehenduntur, in carcere detinentur.

Ratio Accentuum huius verſus.

Prima quæ occurrit Pauſa, tertia eſt. ſub quarta voce עלי. ipſa pauſa eiecit ſuum Miniſtrum *Munah*, qui illi proximus eſſe ſolet. ſub prima voce רוח eſt Regulus *Tbhir* ſine Miniſtro, quem etiam eiecit vt & ſolent Reguli: ſubijcitur literæ primæ. quia ſecunda non eſt accentus capax. In voce ארצי eſt *Mercha* Miniſter accentus ſequentis, illi vocem ſuam vniens. ſub voce tertia eſt alter Regul° *Tiphcha*. hæc itaq; pauſa dilatatur & augetur per duos Regulos, quorum alter alteri præeſt, alter Miniſtro ſuo ornatur, alter deſtituitur. Proinde in hac Pauſa non eſt Cohærentia ſimplex, quia Pauſa eiecit ſuum Miniſtrum. Inter cæteros accentus eſt Cohærentia compoſita, primo par, quòd vni Regulo vnus annectatur Miniſter; Tum impar, quod *tbhir* Regulus ſolus cohæreat ſuo *tiphcha*.

Poſt Athnah ſequi debuit immediate *Silluk*. ſed ante ipſum eſt *Rebia* & Zakeph minor, qui ideo ingrediuntur hanc pauſam, vt ab ijs non incidatur ſolum, ſed & dilatetur. Agamus de Rebia, quæ in voce ſexta, ſi ab Athnah numeres, ſedem fixit. In

voce

voce prima יען est Regulus pazer (μ) sine Ministro, in syllaba prima, quia vox est penacuta; alioqui vltimam syllabam afficit. Duo sequentes accentus, duo Ministri sunt, Regulo *Geresh* voces suas vnientes: quorum prior est *tlisha* minor, supra vltimam literam vocis משה, alter *Kadma* est post *tlisha*, supra penultimam literam vocis יהוה. Ipse *geresh*, cui hi duo inseruiunt, imminet voci אותי eiusq; penultimę literę. Vox quinta in fine habet *Munah* Ministrum ipsius Pausæ: Notetur ergo horum accentuum Ordo. Nam inter Regulos, *Pazer* remotissimus est à Pausa, *Geresh* illi est proximus. & ex Ministris *tlisha* præit accentui *Kadmah*. Cohærentia autem horum accentuum cum pausa talis est. Primo est simplex cohærentia inter Pausam & suum *Munah*; Deinde composita impar, primo, quia vnus Regulus duos habet Ministros; Tum quia alter Regulus solus est. Sequitur Zakeph vt assolet, qui in voce membri sui quarta sedem fixit, Vox prima שלחני insignitur gemino Pashta (sæpius enim geminatur, nunc in eadem nunc in diuersis vocibus) si vnus ascriberetur pashta, vltimæ literæ ascribi debuisset; quod non patitur vox ipsa, quæ

penacuta eſt ratione ſui accentus; ideo neceſſe fuit vt geminetur. Interea Miniſtro ſuo caret, quem excluſit. In voce לחבוש eſt Munah Miniſter ipſius Zakeph, vltimam afficiens ſyllabam. in voce לנשברי nullus eſt accentus. debuit eſſe alter *munah*, qui ſæpius & cum pauſis, & cum Regulis geminatur, imo nullus accentus toties occurrit paratus omnibus omnium accentuum negotijs adeſſe, ſi paucos exceperis; ſed à Maccaph eijcitur. voci לב quæ in hoc membro quarta eſt, inſidet Zakeph; & literæ primæ quia Monoſyllaba eſt. iterum ſequitur Zakeph, in quo tres tantum voces ſunt. in prima לקוא vides Miniſtrum *mahpach* ſubiectum, qui Regulo paſhta peculiariter adhæret: & in voce לשברים appendet paſhta vltimæ literæ. ipſe Zakeph ſupra literam ſecundam erigitur. ſupra primam non potuit erigi propter *ſhena* (:) vltimæ nullo modo, ideo neceſſe fuit vt ſecundæ conſonæ inſideret. In vtroq; Zakeph ordo facillimus eſt. ſed Cohærentia paulo diuerſa. In primo eſt Cohærentia ſimplex propter *munah* Miniſtrum qui ipſi Zakeph operam ſuam præſtare celeriter occurrit, imo bis præſtitiſſet niſi obſtitiſſet *Maccaph*.

caph. In ſecundo non eſt cohærentia ſimplex. in primo eſt cohærentia impropria, quia geminus paſhta nullum habet, qui cum cohæreat, nec Miniſtrum à quo adornari poſſit. In ſecundo eſt Cohærentia compoſita par, nam vnum Regulus vnus adornat, Miniſter. Huc vſq; dilatatur *Silluk* per accidens, interuentu nimirum duarum priorum pauſarum. Nunc de ipſius pauſæ *Silluk* accentibus videamus. In voce prima ולאסורים eſt *Tiphcha* in fine. In voce פקח eſt nullus accentus propterea quod eiecerit eum *Maccaph*, aut ipſius pauſæ vis maior. Pauſa eſt in penultima vocis קרח, quia vltima non eſt capax. Itaq; in vocibus *Silluk* non eſt Cohærentia ſimplex, nam *mercha*, qui ipſi pauſæ adhærere debuiſſet, eijcitur vi pauſæ aut *maccaph*. reliqua conuenientia eſt impropria, quia *tiphcha* nullum habet Regulum, qui cum conueniat.

Notandum, hanc pauſam quam ego, quicquid alij ſenſerint (inter omnes præcipuam multis de cauſis, arbitor) aliquando ſolam eſſe, nec vllum accentum admittere, *Gen.* 1.

Verſus ſecundus de Analyſi Grammatica & Accentuum ratione.

לקבא *Ad proclamandum*] prius.

שנה *Annum*] hæc vox cum regit vocem ſequentem, duplicem mutationem patitur. vnam in vltima, cum ה mutetur in ת & (ד) *camets* in *patha*. alteram in prima, cum *camets* ſingulare ſub רשי detrahitur in (:) *ſheua* in pl. Hæc vox pluralem vtrunq; admittit, vt & pauca alia eſt à radice שנה mutauit, inde שנה annus à mutando dictus.

רצון *Acceptum*] vox heemantica, vt indicat ן in fine, nam deſinentia in ון quæ tertia radicali carent à verbis in ה oriuntur, vt חנון à חנה ſic רצון à רצה

ליהוה *Domino*] ל eſt ſignum genit. aut dat. caſus. Notandum hanc vocem nunquam regere aliam ſequentem. proinde ה cum (ד) ante ſe non poſſe mutari. Secundo, nullas ante ſe literas patitur, præter ב ל & מ cum ל coaleſcit in dipthongum, ideo ſub י *Iod* ſcribi non poteſt (:) *ſheua*. Cum illi præeſt מ *mem*, tunc (י) *Iod*, manet conſona & habet ſub ſe *tſere* pro ן *nun*, quæ non potuit addi & *legitur me-ie-ho-va*. Scio à quibuſdam

legi

legi *me-a-do-nai.* ſed ſine ratione.

וְיוֹם *Et diem*] pluralis huius monoſyllabæ eſt יָמִים anomalos. nam *holem* tranſit in *camets.* ſingularis non contrahitur, hoc loco licet regat vocem ſequentem, pluralis יָמִים fit יְמֵי

נְקָם *Vltionis*] Nomen cum duplice *camets*, quod in ſyntaxi mutatur, vt דָּבָר fœmininum huius maſculini eſt נְקָמָה

לֵאלֹהֵינוּ *Dei noſtri*] huic voci additur initio litera לְ, & fini ſyllaba נוּ prima ſyllaba לֵא *le*, contractata eſt pro לֵא *lee*, vt & לֵאמֹר *lenior* pro לֵאמֹר *leenior*, ſyllaba in fine affixum eſt pluralis numeri perſonæ primæ. relinquitur אֱלֹהֵי contractũ plurale pro integro אֱלֹהִים à ſing. אֱלוֹהַּ vbi הַּ eſt cum mappik, vt ab הּ quieſcente diſtinguatur. eſtq; nomen Dei à Potentia.

לְנַחֵם *Ad conſolandum*] Infinitum piel vt ante præteritum eſt נִחֵם vbi eſt hirik ante חֵ vt habes in Grammatica. fut. 1. נְחַם fut. 2. עִתֵּם in participio מְנַחֵם

כָּל *Omnes*] prima huius vocis eſt tenuis, potiſſimum, quia ſequitur Regulum *tiphcha*, qui hoc exigit à *literis* בְּגִדְכְּפַתּ vt fiant tenues accepto puncto vox eſt infinita priuata accentu propter *maccaph*, &

holem mutatur in *camets breue*, quòd in hac voce ſemper fit accedente *maccaph*. *Camets breue* eſt.

אבלים *Lugentes*] à ſingulari אבל in plurali manet (‥) *tſere* & (ר) *camets* mutatur in *hateph patha*. vbi notabis, quędam in *tſere* deſinentia eandem vocalem ſeruare, quædam mutare in (:) *ſheua*; hanc mutationem docebit te Grammatica.

Ratio Accentuum verſus ſecundi.

Prima pauſa hic eſt Zakeph minor. Dilatatur & extenditur per quatuor voces, quarum prima *mahpach* ſibi ſubijcit, vt vocem ſuam Regulo *Paſhta* tanquam Domino ſuo ſiſtat. vox ſecunda שנת priuatur accẽtu ſuo propter *Maccaph* & *Paſhta*. רעון habet accentum paſhta in vltima ליהוה. Zakeph gerit in penultima litera. huic voci nullus adeſt Miniſter. ſed Regulus *Paſhta* ſuo *Mahpach* contentus eſt. Tertius Athna ſequitur Zakeph, vbi in prima ipſius voce ריום eſt *mercha*, rapiens vocem ſuam ad Regulum *tiphcha* ſub נקם ipſa Pauſa in penultima vocis לאלהיגר ſuo caret Miniſtro *munah*. In *Silluk* eſt ſolus *tiphcha*. pauſæ Miniſter, *mercha* deſideratur. in hoc itaque verſu

nulla

nulla ſimplex eſt accentuum cohærentia, quia nulla pauſa ſuum habet Miniſtrum. In duabus primis eſt compoſita eaq; par, quia *paſhta* & *mahpach* cohærent in Zakeph, *tiphcha* & *merca* in Athna. in *Sillvk* eſt impropria, quia ſolus ibi *Tiphcha* diſtinguit ante pauſam.

Ratio inueniendi radicem vocum Hebraicarum.

שורש i. Radix, ab *Hebræis dicta*, quòd inde reliquæ oriantur voces, eſt *Propria* vel *Impropria*. Propria tribus plenis radicalibus *literis* notatur, & ſæpe legentium oculis ſic obuia eſt, vt inuentu ſit facillima, etiamſi pro Radicalibus literis alteram homogeneam poni (ſunt enim quædam inter ſe commutabiles vt docet Grammatica) non raro contigerit. quandoq; tamen ſic obſcuratur, vt pauciſſima radicis veſtigia perſcrutantibus occurrant. Hac in parte Tyronum ſtudijs conſulere ſtatui. Ergo, Amice lector, ſic paucis accipe.

Radix obſcuratur *adiectione* vel *defectione*. Adiectio eſt *Neceſſitatis* vel *Ornatus*. Ex neceſſitate adijciuntur *litera* aut *ſyllaba*.

ſyllabæ. Ex literis aliquando vna, aliquando plures.

In hac *adiectione literarum* fit in quibuſdam vocibus *Syncope*, in quibuſdam *Methatheſis*. *Syncope* locum habet in vocis *initio* aut *fine*. in initio vt לנחותם pro להנחותם ſic יורדה pro יחורדה ſic מזין pro מאזין eſtq; hæc ſyncope vſitatiſſima in temporibus Coniugationis *Hiphil*.

Ad eundem modum eſt ſyncope in initio vocis poſt tres præpoſitiones, vt בשמן pro בהשמן. In *fine* illa præſertim patiuntur Syncopen, quæ in (ה) vel (י) exeunt. nam in ipſorum pluralibus vtraq; reſecatur. vt קצה in pl. קצים pro קצהים ſic יחורי in plur. יחורים pro יחוריום

Metatheſis transfert Radicis literam è ſua ſede, & ſæpe, mutat tranſlatam. vt חשתבח *laudauit ſe*. חצטדק *iuſtificauit ſe*. & contractius חזבר *mundate vos*.

Literæ adiectæ ſunt *Puræ* vel *Mixtæ*. *puræ*, *Heemanticæ*, vel *Paragogicæ*. heemanticæ adijciuntur *principio* aut *fini* vocis. Principio additæ obſcurant radicem plerunq; ſolo numero, plerunq; etiam mutant radicis primam, ſi contigerit eſſe (י) vel (ב) ſequente *ſheua*, hanc in *daggeſh*, illam

illam in *vau holem*. vt מגיר pro מגיר ſic מישיע pro מישיע. Heemanticæ in fine ſunt potiſſimum נ *nun* vel ת. vt חזון *viſio* מלכות *regnum*.

Paragogicæ adduntur fini tantum. Ex paragogicis quædã ſunt *Mutabiles*: quędam *Immutabiles*. Mutabilis eſt ה in ת ante affixa, vt בשמעתך nam infinitum ſine affixo fuit בשמעה cum ה paragogico. ſic in Nominibus ſed rarius. vt ישועתה ad vitandum concurſum plurium gutturalium. Immutabiles Reliquæ ſequuntur vltimã radicis vt מושיבי pro מושיב vel vltimam affixorũ vt וזכרבי ſic למו, illos, poetice.

Mixtæ literæ deſumuntur *e pronominibus* aut alijs vocibus, quæ licet *literæ* ſint, ſi figuram ſpectes, vocum tamen locum ſupplent: Ideo mixtas dixi. E Pronominibus (ה) & (ש) vocibus ſæpe præponuntur. Attende illius Orthographiam, quam ſæpe variat; & vtrum nominibus an verbis præponatur ſignificationis ergo. ש contractum eſt pro אשר vt שגלשך pro אשר גלשו quæ *detondent*.

Ex alijs vocibus ſumuntur vt ex *Præpoſitionibus* & *Coniunctionibus*. *præpoſitiones* notantur duabus vocibus memoriæ cauſa.

cauſa. quæ ſunt וכלב מושה *Moſhe* & *Caleb*. ex his quatuor potiſſimum præfiguntur Infinitiuis verborum. vt docet Gram. Cęterum diſtingue ה & ש hoc loco à pronominibus. ה præpoſitio dum præponitur, interrogat. vt הלא *nonne?* ſed in fine eſt aduerbium loci notans terminum ad quem vt השמימה ad cœlum, quomodo & apud Græcos Poetas vſitatum eſt εἰς οὐρανὸν δὲ, *ad cœlum*. ſic סדומה *Sodomam* verſus. ש habet (ב) ſimilitudinis ſibi ſemper præfixam, vt ab alijs ſui ſimilibus differat, vt בשבא Coniunctiones ſunt ו & ש, *vau* coniunctio, dum voces aliquas copulat, dicitur ab Hebræis וחבור, ו, i. *vau* copulatiuum. dum vero præfixum præterito & futuro, eorum ſignificationes adinuicem mutat, appellatur ו החפוך i. *vau conuerſiuum*. ש coniunctio exponitur per quòd, quià, & vt אחר שמקרה i. *quòd euentus Vnus*. Sic fuit adiectio *literarum*, ſequitur *ſyllabarum*.

Syllabæ fini adiectæ, ſunt *Separabiles*, aut *Inſeparabiles*. Separabiles ſunt affixa fini addita quibuſcunq; demum vocibus affigantur. De his vide Gram. & quomodo accentibus ſuis notentur in vltima vel penultima. Ex affixis quædam proprie ad-

adhærent radici, quædam impropriè: quæ propriè adhærent voci, reguntur ab eadem in accuſatiuo: quæ improprie adhærent, reguntur non à voce cui adhærent, ſed ab alia ſubaudita, cui iungi debuiſſent, vt לא יגרך רע *non commorabitur te malum.* pro עמך רע לא יגור *non cõmorabitur apud te malum.* Ideo talis ſyntaxis eſt elliptica. Pſ.5.5. Syllabæ inſeparabiles ſunt terminationes nominum & verborum in quouis numero, vt מלכים *reges.* hæc terminatio ם eſt inſeparabilis ab hoc numero. ſic in verbis אמרת *dixiſti.* Sic fuit adiectio Neceſſitatis, ſequitur Ornatus. ea eſt in σημογεαφία vel ἐυφωνία. σημογραφία, in qua Mazoretharum diligentia imprimis apparuit, monſtrat literas quaſdam redundantes aut quaſdam pro alijs poſitas. redundantes hoc ſigno ad marginem notarunt כתיב לא קרי ק i. *ſcripta* eſt *non lecta.* pro alijs poſitas, ad hunc modum. קרי. ἐυφωνία plures addit literas *initio* aut *medio.* *initio* vt תרגלתי i. *aſſuefacio.* Medio, per Epentheſin inſeruntur א, י, נ, *Aleph, Iod, Nun.* א vt אמראסאך *ſpernam te.* ſic anomalum illud נאשיאר אני i. *reſiduus ego.* Ezech.9.8. (י) per Epentheſin inſeritur. pluralibus

No-

Nominum fœmininis vt אורחותיהם *ſemitæ eorum.* Eodem modo poſt præpoſitiones quaſdam אל *ad.* אחר *poſt.* עד vſq; ad תחת ſub, & cum affixis אליהם *ad eos.* ſic de cæteris in quibus (י) inſeritur ante affixa. Sic in infinitiuis verborum exeuntium in ה, vt בבנותיך *in ædificando te.* ſic in Niphall vt בהזרותיכם i. *cum diſperſi fueritis.* נ *nun*, inſeritur poſt vltimam ante affixa, vt וישחרנני i. *mane quærent me.* Quandoq; eliditur & per dagges compenſatur, vt נעברך. Atque hæc de Adiectione, ſequitur de defectione. *Defectio* eſt literarum tantum, quæ radici detrahuntur. Indicia defectionis ſunt *puncta* vel *accentus.* Puncta vt *Vocales* quædam & *dagges.* vocales præcipuæ ſunt (‥) *tſere* & (ר) *camets.* Illa ſi ſub ſecunda radicali; manente tertia, ponatur, ſignum eſt, (י) fere defeciſſe ab initio. vt שב *ſede* à ישב ſic additis literis איתן quæ futuro ſecundo inſeruiunt vt ישב *ſedebit vir.* loco huius *tſere*, ponitur *patha* ſub gutturali vt רע. ſcito. à ירע. Excipe תן à נתן *dedit.* Hæc, ſi ſub prima radicali ponatur, ſignum eſt defeciſſe (ו) *vau*, vel (י) à media dictionis. vt קם *ſurrexit* à radice קום *inuſitato*, & גל *lætatus eſt* à *radice* גיל

גיל *inusitato*. Et hæc omnia dicuntur monosyllaba simplicia. Sin vero subijciantur secundæ radicali, tertia remota, vocales tunc fiunt affixorum. & notant ה defeciſſe vt עלהו *folium eius*. à עלה *folium arboris*. sic עשהו *fecit eum*. à עשה fecit. Hęc de vocalibus, quæ literas deficientes notant. Sequitur dagges: cum est defectionis nota, inuenitur in vocibus *simplicibus* aut *compositis*. cum inuenitur in voce simplici, signum est deficere literam primam aut vltimam. prima est (נ) vel (ל) quæ deficiunt post heemanticas, vt dictum est, raro (ר) cum media est (צ) vt יגש *appropinquabit*. à נגש sic יקח à לקח. & חציב à יצב non à נצב. Si vltima defecerit in verbis perfectis, est ת vel נ *tau*, vel *nun*. vt ברת pro ברתת i. *excidisti*. à ברת. Hic vides vltimã radicis ת, deficere ante terminationem ת quæ præterito additur ad notandum genus & personam. sic נתת pro נתנת *dedisti* à נתן *dedit*. Si in Imperfectis, quæ sunt potissimum monosyllaba geminata, tunc literam deficientem facile monstrabit dagges. De quibus hæc Regula dari potest. Si *dagges* sit in secunda radicali, tertia non expressa, tunc secunda geminanda est. vt תבלת i. *oratio*.

in

in quo exẽplo *dagges* eſt in ſecũda radicali, tertia nõ expreſſa. Ideo tertia ל deficit. Dagges in vocibus compoſitis adimit vltimam vocis primæ. vt מלכם *quid vobis?* pro מה לכם, *Millacem* pro *Mah-lacem* Atq; hac de Dagges, ſequitur de Accẽtu.

Accentus ſignum eſt ח in fine defeciſſe ab ijs verbis quæ in ח exeunt: idq; à futuro ſecundo potiſsimum coniugationum cal & hiphil. In vtroq; poſt literam deficientem manent duæ radicales aut vna ſaltem. Duabus manentibus, vtrunque penacutum eſt præcedente (ו) conuerſionis. Sed vt vnum ab altero diſtinguatur, ſic accipe. futurum ſecundum cal habet ſub prima radicali (׃) *ſegol*, vt ויבן *& edificauit*, & in (-) *patha* aliquoties mutatur propter gutturalem, vt ויחן *& caſtrametatus eſt*. vel ſub duabus radicalibus, quæ manent, geminum *ſheua*, vt ויחבך *& fleuit*, pro ויחבכח: ſic וירך *& dominabitur*. Sub formatiuis vero ex אירן *hirik paruum*. aut *tſere*, vt in exemplis citatis. In hiphil cum fit Apocope ה֑, inuenies geminum *ſegol*, vnum ſub *formatiuis*, alterum ſub prima radicali, vt ויגל. & loco poſterioris *ſegol* eſt ſæpiſsimè (-) *patha*, ſi ſecunda ſit gutturalis, vt תמח *delere ſines*.

ſines. vel geminum *patha*, ſi prima ſit gutturalis, vt רעל & *obtulit*. Vnica manente Radicali in verbis נטה *declinauit*, & נזה *aſperſit*, ſub formatiuis in cal, eſt (‥) *tſere*, in *Hiphil* (-) *patha*. futurum ſecundum verborum חיה *vixit*. & היה *fuit* in cal eſt ad hunc modum יחי *viuet*. יהוי *ſit*. Sic ſuit Radix propria, ſequitur *impropria*. hæc eſt *viſitata*. vel *inuiſitata*. viſitata eſt vox *compoſita*, aut *ſimilis compoſitæ*. Compoſita eſt, quæ in ſimplices diuiditur. vt אברהם *Abrahã*. ישראל *Iſrael*. Similis *Compoſitæ*, quæ ad ſimplices, quantum fieri poteſt, reducitur, eſtq; quatuor aut quinq; literarum. Hæ ipſæ literæ, vel ſunt eædem vel diuerſæ. ſi eædem & geminatæ, vox eſt ſecundum Hebræorum doctiſsimos coniugationis piel. vt פרפר à פור. ſin literæ iſtæ fuerint diuerſæ, vox erit ex alijs coniugationibus mixta, vt נגאלו *polluti* ſunt. Radix *inuſitata* tribus literis ſine punctis notatur in omnibus quod ſciam lexicis. Atque hæc de cuiuſcunq; thematis inueſtigatione.

Vſum eorum quæ dixi hoc verſu comprehendes.

Pelle loco adiectam, literam, quæ *deficit, adde.*

Si praxin præter exempla potius requiris, prompte quod *exigis* præstabo ex versu secundo capitis 14. *Iesaiæ* Prophetæ. sic incipit.

וְלָקְחוּם עַמִּים וְהֵבִיאוּם אֶל מְקוֹמָם
וְהִתְנַחֲלוּם בֵּית יִשְׂרָאֵל עַל אַרְמַת
יְהוָה לַעֲבָדִים וְלִשְׁפָחוֹת וְהָיוּ שׁוֹבִים
לְשׁוֹבֵיהֶם וְרָדוּ בְנֹגְשֵׂיהֶם׃

Sic verte.

Et accipient ipsos populi, adducentq; eos in locum suum, & constituent se possessores eorum Israelitæ in terra Iehouæ, vt serui sint & ancillæ: & captiuos ducent eos, qui captiuis abusi fuerint ipsis, dominabunturq; in exactores suos.

Addam supra literas adiectas duo puncta & deficienti lineolam curuam.

וְלָקְחוּם, prima litera est ו conuersionis quæ præponitur præterito. secunda est terminatio pluralis numeri tertiæ personæ. estq; syllaba inseparabilis. tertia est *affixum*. His abiectis radix est לקח.

עַמִּים, litera quæ subest lineolæ notatur Dagges forti, indicat vltimam literam

teram geminatam, *mem*, defeciſſe ſecundum regulam. vltima litera punctis notata terminatio eſt numeri pluralis maſculini Radix עמם.

וְהַבִיאֵם hic quatuor literas punctis notauimus. Prima eſt ו, coniunctio vt ante. Secunda ה Heemantica, quæ formatiua eſt coniugationis hiphil. Tertia eſt terminatio pluralis numeri tertiæ perſonæ præteriti vt prius. Quarta eſt affixum plurale. vt prius.

-אֵל hic nihil additur, incertum etiam quæ litera detrahitur, & ſi tertia neceſſario quærenda ſit, (nam in radice ad minimum ſunt tres) dico Iod primum deficere, quia hic (··) ſub prima locari debuiſſet, niſi acceſſiſſet *Maccaph*. Radix propria debuit eſſe יאל ſed lexicographis quod libet licet.

מְקוֹמֵם Prima adiecta eſt Heemantica, vltima affixum. Radix manet קום

וְהִתְנַהֲלוֹם Quinque punctis notantur. ו, prima coniunctio vt dictum eſt. duæ quæ ſequuntur, adduntur in vna ſyllaba coniugationi Hithpael. Nihil de hac ſyllaba aut alia quapiam in principio vocis ſum loquutus, quia reuera nulla ſyllaba poteſt initio vocis addi, & hæc propriè

ſyllaba non eſt, nam vna ſatis fuiſſet pro formatiua, vel characteriſtica coniugationis, altera per accidens additur, & ſæpe deficit manente ה formatiua. De duabus reliquis dictum.

בֹּית Hæc vox contracta eſt pro בית in qua nihil deficit. Nam Iod media conſona eſt. Nulla ratio eſt vt radicem בנה quæramus. על dico hic ה deficere in fine & עלה eſſe radicem. Sed non multum laborandum eſt de hiſce monoſyllabis ſine numero.

ישראל Vox compoſita de qua dictum in inueſtigatione.

ארמה ת in fine eſt pro ה quia vox eſt contracta & in Syntaxi. [illegible] ארמה in Syntaxi ה [illegible] ſub Daleth detrahitur in (:)

יהוה In hac vna v[illegible] oſtendunt ה ה & הוה vtr[illegible] ſentiam Dei n[illegible]tat, ſed illa q[illegible] ſe ſit, ab æterno & quod crea[illegible] eſſentiam tribuerit, hæc q[illegible] Dei [illegible] ſimpliciter ſit, etiamſi nihil vnquam [illegible] aſſet.

ל לעבדים præpo[illegible] inſeparab[illegible] notans genit. aut dat. ca[illegible] ים in fine terminatio eſt inſeparabilis numeri pl. maſc.

maſc. generis. Radix relinquitur עבר

וְלִשְׁפָחוֹת Prima litera coniunctio eſt vt prius. De לִ modo dictum. וֹת in fine, eſt inſeparabilis terminatio numeri plur. fœm. generis. Radix relinquitur שִׁפְחָה

וְחִיו De וְ ſæpe dictum. וֹ in fine eſt terminatio inſeparabilis vt dictum, numeri pl. Radix חִיָּה.

שִׁבְיָם In hac voce eſt illa *Syncope* de qua dixi pro שִׁבְחֵיהֶם. Nam חֵ ſingularis שׁוּבָה in plurali eliditur. יָם in fine notat numerum pluralem maſc. generis. Radix שִׁבָה.

לִשְׁבִיהֶם. לִ vt prius. הֶם in fine affixum eſt. שִׁבְי eſt plurale contractum cuius integrum præceſſit.

וְרִרִי Prima & poſteriore abiecta accentus notat tertiam defeciſſe, alioqui monoſyllabum ſimplex quærendum eſſet per regulam defectionis.

בְּנִרְגְּשֵׁיהֶם בְּ eſt præpoſitio inſeparabilis à Grammaticis dicta הֶם in fine affixum. Relinquitur numerus contractus נִרְגְּשֵׁי pro integro נִרְגְּשִׁים à ſing. נִרְגָּשׁ. Radix נגשׁ.

FINIS.

Errata.

Regulum. לקרא. ש. lemor, leemor. יבחם.

לא יגור שמן רע. רשן. Zakeph ma.

Cap. 8.

Propria eſt duplex { Par. / Impar.

De qnibus vide in ratione Accentuum ad verſus duos

Cap. 61. Ieſ. Tliſha. בגד רשחם׃

Tabula minor ad notandos atque addendos accentus capitis primi geneſeos perſpicua, breuis vtilis & neceſſaria.



4 3 2 1

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

4 3 2 1

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

Vſus linearum Tabulæ prioris.

1. QVatuor numeri Arithmetici ſupra lineas quatuor Pauſas notant.
2. Numeri Arithmetici ad marginem, numerum verſuum capitis.
3. Lineolæ nigræ. Deficientes Pauſas.
4. Lineolæ duas ſuperiores lineas interſecantes, voces cuiuſq; Pauſæ.
5. Linea interſecans primam, ſecundam, & tertiam, indicat Pauſam ſecundam repetitam.
6. Linea omnes quatuor interſecans indicat Pauſam primam.
7. Cyphra ſub ſecunda linea oſtendit vocem per Maccaph ſcribendam.
8. Linea recta ſub Cypra eſt Metheg.
9. Geminæ lineolæ curuæ, tertiæ lineæ incumbentes pro gemino Paſhta ponuntur.
10. Vnica curua tertiæ lineæ incumbens, vnicus eſt Paſhta.
11. Lineolæ inter ſecundam & tertiam interiectæ ſunt accentus ſupra vocem.
12. Lineolæ inter tertiam & quartam ſunt Accentus infra Vocem.

Vtiliſſimum Schema *ad dignoſcendam omnium inter ſe* Accentuum Cohærentiam.

Mahpac.	*Za-*	*Za-*	*rk-*	*a.*	*Mahpach*
Merca.	*Pazer,*	*keph-*	*ma-*	*ior.*	*Ierach.*
Merca dd.		*Tliſha ma:*	*Kame phara,*	*geres. gg.*	*Cadma.*
Darga.			*Ietib,*		*Tliſha ma:*
Tliſha ma:	*Silluk,*	*Athnach,*	*Paſhta,* *Zakeph mi:*	*Rebia.*	*Darga.*
Cadma.	*geres,*	*Karne phara,*	*Tliſha ma:*	*Pazer.*	*Merca.*
Ierach.	*Tiphcha,*				*Merca dd.*
Munah,	*Tbhir.*				*Munah.*

Cum hæc noſtra in prælo eſſent, caſu incidi in *Shindlerum* de *Accentibus*. Qui ſi Accentus ad ſua fundamenta, quæ ſunt quatuor pauſæ, reuocaſſet, non contemnendas habet regulas. Sed de Accentibus addendis quo diximus modo, ne cogitauit quidem. ſcias tamen eum præcipuos accentus, quæ commata & ſemicommata vocat, velut ſtellas erraticas reliquiſſe; imo & pſik & legarme iampridem excluſos, ad Regulorum ordinem poſtliminio reduxiſſe, cum Mazoretarum notæ ſint, Muſicæ duntaxat inſeruientes, quod non animaduertit.